bat · Propterea dixi vobis: quia nemo po-
test ad me venire · nisi fuerit ei datum
a patre meo · Ex hoc multi discipulorum
eius abierunt retro: et iam cum illo non
ambulabat · Dixit ergo ihesus ad duodecim · Num-
quid et vos vultis abire? Respondit ergo
ei simon petrus · Domine: ad quem ibimus?
Verba vite eterne habes · Et nos credi-
mus et cognovimus · quia tu es christus filius dei ·
Respondit eis ihesus · Nonne ego vos du-
odecim elegi · et unus ex vobis diabo-
lus est? Dicebat autem de iuda simo-
nis scariothis · Hic enim erat tradi-
turus eum: cum esset unus de duodecim ·
In illo tempore: Evangelium in palmis secundum matheum
Cum appropinquasset dominus ihesus ierosoli-
mis · et cetera. Require dominica prima adventus domini
Omnipotens sempiterne deus qui [illegible]
humano generi ad imitandum
humilitatis exemplum · salvatorem nostrum

License: public_domain – Gent, Rijksarchief te Gent, Varia D, nr. 3360/8/2, fol. [3]r – Lectionary
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-0ekj/5506/52003)